



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pugna Spiritvalis

Scupoli, Lorenzo

[S.l.], 1599

VD16 S 5184

Cap. VII. De pugna contra motus Sensualitatis nostræ: & de interiori exercitatione voluntatis, qua comparantur virtutes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49116](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49116)



CAPVT VII.

De pugna contra affectus Sensualitatis: deque Interiori exercitatione Voluntatis ad comparandas virtutes.

Quotiescunque ab appetitu Sensualitatis tuæ te sentis tentari, confestim animum tuum vertas ad Deum, qui te sic excitat: quantumque vales repugna. Ut autem in hac pugna contra Sensualitatem tuam victor euadas, hoc ferè modo contra eandem te instrues. Videlicet mox ubi tentatio à Sensu.

*Ut pugnan-
dum
contra
Sensua-
litatē.*

sualitate exurgit, fortiter eam repelles, ne superior voluntas seu Ratio, in eam consentiat,

Deinde cum aliquam talē tentationem sic superaueris atque reieceris, denuò eandē in te suscites, & pari feruore vt antea eam repellas. Idemq; fac iterum, iterumque; vt toties maiori zelo eandem abomineris, repellas, atque contempnas. Et hunc conflictum suscipies cum omnibus tentationibus, affectibusque inordinatis Sensualitatis tuæ, præterquam cum carnalibus: de quibus dicemus inferius suo loco.

Po-

Studia Postremò assumes tibi ex-
virtu- ercitia virtutum illarum, quæ
rum te tentationibus vitiorum istorū
tatio- aduersantur. Verbi gratia. Tē-
nibus taris ab Impatentia: cumque
oppo- mentem tuam ad interiora
nenda. reuocaueris, apertè cogno-
 sces, tentationem hanc impa-
 rientiaē incessanter pugnare,
 contendereque cum volunta-
 te superiori seu Ratione tua, vt
 eam à pugna deterreat, & ad
 consensum pelliceat. Propter
 ea tantò pertinacius Rationis
 tuæ virtute eidem tentationi
 contradices ac repugnabis, ne
 in eam consentiat: atque ab
 hoc labore repugnandi non
 de-

desistes, donec hostem in te
senseris deuictum, ac tibi iam
in captiuitatem traditum.

Sciendum tamen est. hostē *Dolus*
nostrum, cū nos huiusmodi *diaboli*
passionibus ac desiderijs con- *pesti-*
stanter viderit rebellare, per- *mus.*
fida calliditate ab iisdem sug-
gerendis nonnunquam desi-
stere: Quodque amplius est,
si eas quandoque in nobis su-
scitet, mox iterum supprime-
re: ne si frequentius Rationis
beneficio contra easdem dimi-
cauerimus, istas nobis Virtu-
tes comparemus, quæ huius-
modi passionib⁹ sunt contra-
riæ.

Quam-

Pugna, Quamobrem cautum te es-
etiam se oportet, ne occasio acqui-
cessan- rendi virtutes in te negligatur.
rebo- Si ergo cum hoste inducias sta-
ste, in- tuisti, & iam apud te metipsum
staurā- quietus es; reuoca tibi ipsi in
da. memoriam tentationes iam
 superatas & exclusas: simulq;
 & cogitationes malas quas an-
 te illud tempus habuisti, in te
 instaura, atque erga easdem
 sic te geras ac si consentire, ijs-
 que victoriam velut concede-
 re velles: simulque diligenter
 attendas, quænam argumen-
 ta, quasue rationes hostis ma-
 lignus tibi suggerat, ad quod
 malum te instiget, & quomo-
 do

do eius pravis suggestionibus apud te cogites morem gerere. Cumque inter hæc senseris cordis motus in te ascendere & augeri: cogitationesque malas iam prope tibi dominari: aded vt & Ratio ipsa quasi consensisse videatur: tunc pedem mox retrahere, & magna vi suscita in te cogitationes bonas, istis malis contrarias, & quicquid hæ tibi mali suggererunt, audacter pernega. Et huiusmodi conflictum utrarumque cogitationum, toties, tamque diu in te renoues, donec sentias te iam totum teipsum vicisse.

Sed

72. CAP. VII. Pugna

Sed præterea sciendum, etiam si hostes nostros fortiter pugnando; quod pium, iustumque est; superauerimus: nondum tamen nos ab eis securos esse, donec odio perfecto eos oderimus. Quod odium contra eosdem ut in nobis excitetur, crescat, perficiatur; oportet eos id est, nostros prauos affectus, iterum iterumque in nobis suscitare, & ad certamē prouocare; ut subinde cum maiori indignatione ac tædio spiritus eos repellamus; & abominemur, donec verum ac constans odium erga eosdem in nobis experiamur. Vt

Vt verò animam tuam etiã *vt viro*
 ornare possis virtutibus, non *tutis*
 sufficit te cum prædictis exer- *acqui-*
 citationibus spiritualibus pu- *renda.*
 gnare contra passiones, affe-
 ctusque malos: sed oportet te
 quosdam etiam affectus bo-
 nos & exercitia virtutum, ijs-
 dem passionibus contrariarũ,
 suscipere, in ijsque sedulò, frè-
 quenterque occupari. Hoc
 ferè modo. Si quis tibi causam
 dedit Impatientiæ: non sat e-
 rit, impatientiæ motus, iuxta
 præcedentem doctrinam su-
 perare ac repellere: sed opta-
 re quoque debes ac petere, vt
 ab eadem persona, quæ tibi

D mo-

molestiam intulit, denuò eodemque modo sæpius turberis; quinetiam teipsum compelles, vt molestiam istam gratam habeas: propositumque concipies huiusmodi molestias plures, ac grauiores deinceps sustinendi. Quodque his amplius est, etiam coges te, vt cum ea persona, quæ tibi molestiam, è qua ad impatientiam concitatus es, intulit: amanter, suauiterque loquaris, eique in omnibus gratificandi, inseruiendique promptitudinem deferas.

Ac licet huiusmodi exercitationes tibi valde difficiles fuerint,

erint, tamq; frigidè abs te præ
 stari videas; vt ipsemet depre-
 hēdas, eas cōtra voluntatē tu-
 am à te fieri; nullatenus tamen
 eas intermittes. *Quamquam*
 enim difficiles tibi sint, conser-
 uant te tamen fortem & auda-
 cem in prælio, viamque parāt
 ad victoriam.

*Vtili-
 tas ha-
 rum ex-
 erciti-
 tionū.*

Præterea attende tibi dili-
 genter, vt non solūm contra
 graues ac yehementes tenta-
 tiones, contraque manifesta
 scelera sic pugnes: sed & con-
 tra quaslibet leuissimas, mini-
 masque inordinatas passiones
 ac motus. Hi enim istis gra-
 uioribus fores aperiunt, vi-

*Eciam
 leuibꝫ
 tenta-
 tionib.
 resistē-
 dum.*

D 2 am-

eo-
 be-
 om-
 gra-
 que
 esti-
 ein-
 e his
 e, vt
 mo-
 enti-
 t: a-
 aris,
 can-
 ptri-
 erci-
 es fu-
 rint,

amque sternunt, vt nos incautos inuadant, & ad pessima quæque vitia sollicitent. Contingit enim his, qui leuioribus motibus seu tentationibus ad vitia, negligentius resistunt; vt postea frequenter & ex improviso ipsos inuadant multò grauiores tētationes; & impetuosius quidem quàm vnquam antea.

Tandem quoque tibi pugnandum est contra affectus & desideria rerum licitarum, honestarumque, quas scis tibi non esse necessarias. Inde enim & exercitator redderis in palæstra hac spirituali, & gra-

gratum Deo præstabis obsequium.

Dilecte fili, apertè tibi nūc dico, si iuxta præscriptos modos teipsum in hac spirituali pugna exercitaueris, futurum breui, ut adiuuante gratia Dei, totus spiritualis efficiaris. Reliquas verò exercitationes, etiam si tibi laudabiles videantur, tantaque cum suauitate ac dulcedine mentis abs te fiant, ut iam putes te cū crucifixo tuo Domino Iesu Christo familiariter velut colloqui: velim tamen tibi persuadeas, nunquā istas delectationes te iuuare

D 3 ad

ad consequendam perfectio-
nem Spiritus.

Nam sicut vitia in nobis in-
de originem trahunt, quòd
superior voluntas, seu Ratio
nostra, inferioribus affectib⁹
Sensualitatis morem gerit at-
que indulget: Ita è contrario
generantur in nobis Christia-
næ virtutes, si voluntatē nostrā
sepius diuinæ voluntati sub-
mittimus, eique morem ge-
rimus ac obtemperamus.

Et sicut voluntas nostra nō
potest bona, Deo que placens
esse, (quantumcunque bonas
ac sublimes inspirationes à
Deo accipiat, & ab eius vo-
lun-

luntate ac gratia ad faciendum bonum impellatur,) nisi eisdem Dei operationibus in se consentiat: ita & eadem voluntas nostra nunquam potest dici mala & aliena à Deo (quantumcunque grauitè ac diu à Sensualitate tentetur, turberetur, impellatur) nisi eidem consenserit.

**C A P. VIII.**

Quid faciat, cui videbitur superior voluntas sua seu Ratio, ab inferiori voluntate seu Sensualitate, iam deuicta, eidemque omninò subiecta.

D 4

Di-